

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Eucharistia q
cum uariis

Acceptit Ihesus panem et benedicens fregit, tradens et figurans corpus suum in panem, quod est ecclesia presens, quod accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis; formans sanguinem suum in calicem uino et aqua commixtum ut alio purgaremur a culpis, alio redimeremur a penis. Sanguine namque agni seruatur domus a percussione angeli, et aqua maris rubri extinguuntur inimici que sunt misteria ecclesie Christi.

Ieronymus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

figurans] figuram L²; que] qui C; Ieronymus *om.* P V¹ V² L¹ L²